**1** similiter ] de *add. sed exp. C* **1** quae praedicatur ] *om. C* **1** pluribus ] multis *O* **2** licet ] hic *C ut v.* **3** cum ] tamen *CO ut v.* **4** substantiam dicere esse ] dicere substantiam *O* **5** dicere ] *om. C* **6** ex parte hac est ] est et hac parte *O* **7** de ipso dicere ] dicere de ipso *O* **7** sit…et ] *om. C* **8** simul cum eo natura ] simul natura cum eo *O* **9** omnes solvere ] *inv. O* **11–12** et tamen non solvunt propositum, possum credere ] et tamen sicut credo non solvunt propositionem *O* **12** quod ] dico quod *add. C* **13** significato ] praedicato *O a.c.* **14** illud ] id *O* **19** forma ] cu *add. sed exp. C* **20** substantiale ] subicible *O* **21** quia ] et quia *O* **22** hoc ] haec hoc *C ut v.*

tum et est genus, praedicatur autem forma de ipso aggregato et sic de genere generalissimo.

Quaero ergo a principio sic. Ecce unum relativum: Pater. In hoc non invenies nisi duo  scilicet substantiam quandam et quandam inclinationem ad aliud. Haec substantia non est de genere relationis, quia sic sequeretur quod idem esset substantia et accidens. Solum igitur quod est de genere relationis est haec inclinatio. Dico ergo sic: Haec substantia relata est et haec inclinatio non, quia si esset relatio inclinatio inclinata, hoc quod est relativum, non esset de genere relationis. Patet igitur ex quo sic est in hoc quod similiter est in omni quod nullum relativum est [ad] aliquid huius generis et quod similiter nihil quod est ad aliquid, quia substantia ipsa est ad aliquid.

Et arguo sic. Quod praedicatur de omnibus quae sunt in hoc praedicamento est huius generalissimum; sed hoc nomen "relatio" est huiusmodi; ergo etc. Minor patet visis praedictis, quia solum illud quod est huius generis est inclinatio extremorum, et non extrema, et ista inclinatio est relatio; similiter est in aliis. Et si dicatur quod relatio | est ad aliquid, et sic *C* 15ra non plus est ratio quia relatio sit hic genus quam hoc quod est ad aliquid, hoc manifeste falsum est. Quia si haec inclinatio esset ad aliquid, tunc esset relata, et tunc esset unum extremum relationis. Aut ergo sui ipsius aut alterius. Si sui ipsius, idem esset extremum et medium et idem esset inclinatio et illud cuius est inclinatio  quod est inconveniens. Si alterius, consimilis erit quaestio de ipsa relatione. Sic vel erit procedere in infinitum vel si stes in aliqua, sequentur dicta inconvenientia.

Credo igitur firmiter quod hoc nomen "relatio" est nomen generalissimum in hoc praedicamento. Et hoc quod dico "relatio" est abstractum et ab

**1** et$^1$ ] *om. C* **3** pater ] praedicatur nomine *C ut v.* **4** substantiam quandam ] *inv. O* **6** igitur ] enim *CO* **6** est ] *om. C* **7** est$^2$ ] *ante* substantia *O* **8** relatio inclinatio ] *inv. O a.c.* **11–12** substantia ipsa ] *inv. O* **12** ad ] *om. C* **14** huius ] *om. O* **16** inclinatio ] relatio *CO* **18** quia ] quam *CO* **20** relata ] relativa *O* **21** ipsius$^2$ ] *om. C* **21** esset ] erit *C* **22** est$^1$ ] esset *C* **24** si ] *om. C* **24** sequentur ] sequetur *O* **26** est ] *ante* quod *C* **26** abstractum ] abstractiva *O*

eo derivatur suum concretum, scilicet "relativum" vel "ad aliquid" quae in veritate idem <non> significant, licet sic videatur . Et sicut in genere qualitatis de abstracto derivatur concretum, scilicet quale et a quantitate quantum et a substantia substantiale et ibi sunt abstracta genera et non concreta, similiter est hic.

Sed cum quaeritur propter quid in praedicamento substantiae et quantitatis agit solum de abstractis et non de concretis et in praedicamento qualitatis de utrisque ut de qualitate et quali, hic autem solum de concretis, scilicet de ad aliquid, hoc patebit in sequentibus.

Quaeritur quare positio et habitus possunt esse ad aliquid, cum ipsa sint generalissima et "diversorum generum etc."

Istud solvitur in praecedentibus ubi dicebatur quod "ad aliquid" hoc nomen non nominat res huius generis sed extrema supra quae fundatur relatio quae relatio est res huius generis. Non ergo inconveniens est hanc relationem fundari supra res aliorum generum, immo hoc est necesse cum supra se non possit fundari.

Cum dicitur quod nihil idem potest esse extremum et medium, iam patet quoniam debile habent esse ea quae sunt in hoc genere et propter debilitatem sui esse agit de ad aliquid et non de relatione. Ideo patet, cum relativa referantur ad invicem secundum differentiam essentialem, ut ipse dicit in littera, quare non secundum nominativum et vocativum, quia nominativus significat substantiam per se stantem et non inclinatam, et ideo appellatur rectus et non debet dici casus proprie loquendo quia a nullo cadit, reliqui dicunt eandem substantiam inclinatam, et ideo dicuntur casus proprie quia a recto cadunt. Cum igitur haec inclinatio sit relatio erit

**11** Arist. *Cat.* 3.1b16 **21** Arist. *Cat.* 7.6.a36–7

**2** veritate ] virtute *O* **2** significant ] significat *O* **2** sicut ] sint *C* **3** de ] sicut in *O* **6** praedicamento ] genere *O* **8** ut ] et *C* **10** quaeritur ] quia *C* **11** et ] eo *C* **14** generis ] *om. O sed add. al. man. in marg. ut v.* **15** generum ] *om. C* **18** patet ] quod nihil *add. O* **20** invicem ] veritatem *C* **21** secundum ] quod *add. O* **22** stantem ] entem *C* **24** reliqui ] autem *add. O* **24** dicuntur ] dicunt *C*

eius diversitas et varietas secundum diversitatem casuum significantium rem inclinatam. Vocativus autem alter rectus est.

Videtur quod Aristoteles sibi sit contrarius dicendo quod in relatione est contrarietas, cum superius in capitulo de quantitate probavit quod in relativis non est contrarietas. Probavit enim ibi quod magnum et parvum non sunt contraria sic: Nulla relativa sunt contraria; magnum et parvum sunt relativa; | ergo non sunt contraria. Si enim sua maior sit particularis *O* 21ra
sic: "Quaedam relativa non sunt contraria," peccavit sua ratio secundum consequens, quia maior esset particularis in prima figura; non enim sequitur quod si quaedam relativa non sunt contraria, ergo nec haec. Si autem sua maior sit universalis, tunc contradicit eidem dicendo hic "Aliqua relativa esse contraria." Unde mentitus est hic vel ibi, ut videtur.

Puto ut prius, quod relationi nihil est contrarium. Sed quia haec relatio necessario exigit fundari supra aliquas res aliorum generum, extrema huius relationis necessario erunt in alio praedicamento ab isto. Quando ergo relatio fundatur supra rem de praedicamento substantiae nullum tale relativum habebit contrarium, quia substantiae nihil est contrarium, et ideo pater et filius et dominus et servus non habent contraria. Et similiter quando relatio fundatur supra res quantitatis, ut duplum et dimidium, magnum et parvum, non habent contraria, quia quantitati nihil est contrarium. Similiter quando relatio fundatur supra res qualitatis, quia in qualitate est contrarietas, talia relativa habent contraria, et huiusmodi sunt virtus et vitium et huiusmodi quae sunt in prima specie qualitatis. Cum igitur haec duo scilicet magnum et parvum, dicant relationes fundatas su-

**5** Arist. *Cat.* 6.5b30–33

**3** sibi sit ] sit sibi ipsi *O* **4** probavit ] probaverit *O* **7** sit ] esset *O* **8** peccavit ] peccaret *O* **9** maior esset particularis ] *om. C* **10** nec ] non *C* **11** eidem dicendo hic ] eidem huius dicendo *C* : eiusdem dicendo hic *O* **12–13** contraria…relationi ] *om. C* **15–16** ab isto…praedicamento ] *om. C* **16** nullum ] *om. O* **18** et[3] ] *om. O* **18–20** et similiter…contraria ] *om. C* **21** res ] rem *C* **22** contraria ] contrarium *C* **23** in ] de *O* **24** relationes ] res *O*

pra res quantitatis, non erunt contraria, quia nec per naturam quantitatis nec relationis, ergo nullo modo  et sic tenet sua demonstratio.

Videtur etiam quod ipsi relationi sit aliquid contrarium, quia hoc genus relatio habet duas differentias ipsum immediate condividentes, et ipsae differentiae sunt contrariae; ergo relatio relationi est contraria.

Item. In quolibet genere est una prima contrarietas.

Hoc solutum est superius quia licet differentia in genere substantiae sit contraria differentiae sibi oppositae  non tamen est substantia substantiae contraria sed substantiale substantiali  differentiae enim substantiae non sunt substantia sed substantiale); et talis contrarietas est in quolibet genere. Et similiter in isto nec propter hoc relatio relationi est contraria, sicut nec substantia substantiae

Notandum quod relativa convertuntur solum secundum hoc verbum "est" vel cum aliquo habente vim eius. Unde sequitur "Pater est, ergo filius est" et e converso  non tamen sequitur "Vides patrem, ergo vides filium" vel e converso; in aliis huiusmodi similiter.

## <LECTIO IX>

C 15rb *Habet autem quaestionem utrum* 7.8a13) | Superius egit de relativis secundum vulgarem eorum definitionem, hic agit de ipsis secundum eorum veram definitionem, et ut hoc faciat primo movet dubitationem quae ostendit dictam definitionem male esse assignatam, secundo, ibi: *Si au-*

**7** Cf. Lectionem IV *C* f.12va; *O* f. 17vb) ubi concludit: "credo firmiter quod substantiae nihil est contrarium proprie loquendo  substantiali tamen bene potest aliquid esse contrarium."

**2** tenet ] tacet *O* **3** videtur ] *iter. C a.c.* **4** immediate condividentes ] *inv. O* **7** licet ] haec *C* **7** substantiae ] *om. C* **8** differentiae ] dicere *C* **8** est ] et *C* **9–12** contraria…substantiae ] *om. C* **13** secundum hoc verbum ] cum hoc verbo *O* **14** aliquo ] alio *add. O* **15** est ] *om. C* **16** in aliis huiusmodi similiter ] et similiter in aliis huiusmodi *O* **19** utrum ] etc *add. O* **19** egit ] auctor *add. O* **19** relativis ] de *add. sed exp. O* **20** vulgarem eorum ] *inv. O* **20** de ipsis ] *iter. O* **20–21** eorum veram ] verum eius *C* **21** hoc faciat ] faciat hoc *O* **22** male esse ] *inv. O* **22** secundo ] secunda *C* **22** ibi ] ut ibi *O*

*tem non sufficienter* 7.8a31), ponit veram definitionem relativorum, tertio ut ibi: *Ex his ergo* 7.8a35), concludit correlative quandam proprietatem relativorum quae nascitur ex ipsa definitione.

Movet autem dubitationem, et est utrum aliqua substantia dicatur ad aliquid aut non. Et subdit quod in primis substantiis manifestum est quod nec totae nec partes dicuntur ad aliquid, quia aliquis homo non dicitur alicuius aliquis homo similiter nec aliquis bos. Similiter hoc patet in partibus, quia aliqua manus non dicitur alicuius aliqua manus, similiter nec aliquod caput. Sed in secundis substantiis similiter patet quod non dicitur homo alicuius homo nec bos, sed alicuius possessio. De partibus vero substantiae videtur quod manus dicatur alicuius manus, et caput et similia his, ergo bene dicuntur ad aliquid, cum definitio relativorum eis conveniat. Et hoc est: *In aliquibus autem* 7.8a25).

Mota sic hac dubitatione concludit praedictam definitionem non esse convenientem, quia si dicta definitio esset conveniens, non sequeretur inconveniens quod sequitur scilicet quod aliqua substantia dicatur ad aliquid quia partes substantiarum; non est igitur conveniens dicta definitio. Et hoc est: *Si igitur sufficienter* 7.8a28).

Deinde accedit ad secundam partem, in qua assignat veram definitionem relativorum. Et assignat eam continuando dicta dicendis, sic scilicet: si prior definitio non est conveniens sed haec est vera definitio relativorum, scilicet quod ad aliquid sunt quibus hoc ipsum | esse quod sunt est *O* 21rb ad aliquid quodammodo se habere tunc possumus aliquid dicere contra dictam definitionem et impedire dictum inconveniens. Et addit quod definitio dicta conveniebat omnibus relativis, non tamen erat definitio quia non erat convertibilis sed in plus. Et hoc est: *Prior enim definitio* 7.8a33).

Sequitur tertia pars in qua assignat proprietatem ortum habentem ex

**5** subdit ] subdividit *O* **9** aliquod ] *om. O* **11** dicatur ] dicitur *O* **11** similia ] substantia *C* **12** eis conveniat ] *inv. O* **15** dicta ] dicata *O a.c.* **15** sequeretur ] esset *C* **17** quia ] quare *C* **17** igitur ] *om. C* **20** continuando ] *post* dicendis *C* **21** sed ] cumque *O ut v.* **22** quibus ] quorum *C* **23** possumus ] possimus *O* **26** enim ] est *O* **27** tertia pars ] *inv. O*

hac ultima definitione et est quod si aliquis sciat definitive unum relativorum, definitive scit reliquum. Et hoc probat sic: Si aliquis scit unum correlativorum, sciet quod eius esse est ad aliud quodammodo se habere; sciet igitur quod ipsum ad aliud se habet, et si hoc, sciet ad quod se habet; ergo a primo si scit ipsum, sciet ad quod se habet. Ultimam consequentiam dat inferendo ex opposito conclusionis oppositum antecedentis sic: Si non scit illud ad quod se habet, non scit quod ipsum ad aliud se habet. Et hoc est: *Palam itaque* 7.8a37) et quod sequitur *Si enim non novit* (7.8b2). Verificata hac proprietate sive conclusione per rationem, verificat eam per inductionem; et patet inductio. Et hoc est: *Sed in singulis* (7.8b3). Et concludit hanc conclusionem iam probatam cum dicit: *Quare manifestum est* (7.8b13). Et subiungit quod ista proprietas non convenit partibus secundarum substantiarum, quae videbantur esse ad aliquid; per dictam definitionem potest enim caput definitive cognosci non cognoscendo cuius est caput, et similiter manus. Et hoc est: *Caput vero* (7.8b15). Et quia his non convenit haec proprietas relativorum, concludit ista non esse ad aliquid. Et hoc est: *Quare non erunt* 7.8b19). Ex quo istae substantiae de quibus magis videtur non sunt relativae concludit ulterius quod nulla substantia est relativa. Et hoc est: *Si vero non sunt* 7.8b20).

In fine innuit difficultatem huius tractatus, dicens quod valde difficile est aliquid confidenter de relativis, nisi prius de eis multotiens pertractatum fuerit, scire, et ideo bonum est de eis disputare. Et hoc est: *Fortasse autem* 7.8b21) et quod sequitur *Dubitare autem* (7.8b23). Et vocat hic dubitare non ignorare sed per rationes probabiles disputare et hoc est

**1** definitive ] *sic C hic et passim* : definire *O hic sed* definitive *passim* **2** scit reliquum ] et aliud *O* **2** scit ] sit *O* **3** sciet ] scit *O* **3** aliud ] aliquid *O* **3** quodammodo ] *om. C* **4** sciet[1] ] sit *O* **4** ipsum ] *om. O* **4** si ] *om. C* **5** si ] *om. O* **5** scit ] sciat *O* **5** sciet ] scit *O* **6** dat ] *om. C* **6** antecedentis ] consequentis *O* **6** sic ] *post* inferendo *O* **7** scit ] sit *bis O* **7** quod[2] ] quoniam *O* **7** habet[2] ] habebit *C* **8** itaque ] utique *CO* **10** sed ] si *CO* **15–17** caput…est ] *om. C* **18** relativae ] relativa *C ut v.* **18** substantia ] *om. O* **21** aliquid ] ad aliquid *C* **21** confidenter ] *om. O* **22** fuerit ] fuit *C* **22** scire ] *ante* de relativis *O* **22** est ] *om. C* **22** disputare ] vel dubitare *add. O*

valde utile quia qui bene scit disputare valde propre est videre verum in omnibus.

In principio quaeritur de instantia quam ponit contra hanc proprietatem, scilicet: relativa sunt simul natura; et eam non solvit. Quaeritur enim utrum haec proprietas conveniat omnibus relativis vel non, et si non, Aristoteles videtur dixisse mendacium, si sic fallit instantia de scibili et scientia et sensibili et sensu.

Et dicendum quod relativa quorum utrumque per se dicitur ad aliquid, talia sunt simul natura et talia posita se ponunt et perempta se perimunt. Sunt alia relativa quorum unum per se ad alterum dicitur et alterum ad ipsum non per se sed per accidens, et talia non erunt simul natura; et huiusmodi sunt illa.

Sed cum scientia sit de prima specie qualitatis, non erit de genere relationis; et similiter arguo de multis aliis.

Et dicendum quod scientia non est de genere relationis, est tamen ad aliquid et relativa, quia est extremum supra quod fundatur relatio; et dictum est quod extrema relationis non sunt de hoc genere | sed solum relationes quae sunt inter extrema. Et ideo non erit scientia alterius generis quam qualitatis nec duplum nisi quantitatis nec pater nisi de genere substantiae. *C* 15va

Ecce in hoc nomine "pater" duo sunt, substantia et inclinatio ad aliam. Iam dictum est quod substantia non est de hoc genere sed solum illa inclinatio et dicebatur quod haec inclinatio est relatio et non relativa nec ad aliquid et quod ipsa substantia est relativa vel ad aliquid et non est relatio. Et ideo dicebatur quod relatio erat hic genus generalissimum quia praedicatur de rebus huius praedicamenti, ad aliquid vero non quia non

**1** quia ] *om. C* **1** videre ] *om. C* **4** scilicet ] quod *add. O* **5** vel ] aut *O* **7** sensibili et sensu ] de sensu et sensibili *O* **9** talia sunt ] *inv. C* **10** sunt ] autem *add. O* **10** ad¹ ] *add. s.l. O* **15** et dicendum ] *quid habeat C legere nequeo* **16** est ] in *C* **18** erit ] est *a.c. C* **22** substantia ] *a.c. O* : scientia *p.c. O et C* **24** quod ] quia *O* **24** est¹ ] *om. O* **24** et² ] *om. O* **25** et ] *om. O* **25** erat ] est *O* **26** quia ] nullum *add. O ut v.*

praedicatur de re huius praedicamenti sed alterius, sicut album praedicatur de re praedicamenti substantiae cum dicitur “Sor est album.” Et nonne hoc totum videtur contra Aristotelem, qui dicit quod nulla substantia est *O* 21va ad aliquid? Si igitur aliquid sit in hoc nomine | “pater” quod sit ad aliquid, hoc non erit ipsa substantia sed inclinatio ipsius substantiae. Possum ergo dicere “Haec inclinatio est ad aliquid.” Unde arguo sic: Illud quod directe praedicatur de rebus huius generis hic est generalissimum; hoc quod est ad aliquid est huiusmodi; ergo etc. Minor patet, quia quod solum hic est de genere hoc est solum inclinatio et de ipsa possum dicere quod est ad aliquid, ut praeostensum est, quia nulla substantia est ad aliquid, et quod sic dicitur de uno intelligatur de omni.

Et notandum quod substantia quae significatur per hoc nomen “pater” secundum quod per hoc nomen significatur est relativa vel ad aliquid, et haec eadem substantia per modum substantiae significata vel per nomen quod solum significat substantiam non est relativa nec ad aliquid; et hoc intelligit Aristoteles. Est sermo Aristotelis proprius quod nulla substantia secundum quod per nomen substantiae significatur est ad aliquid, si tamen substantia significetur per aliquod nomen quod significat quandam relationem, quae scilicet relatio simul sit cum substantia, tunc, cum per tale nomen significatur potest dici ad aliquid. Vocabo igitur substantiam significatam per hoc nomen, “pater” *a*. Secundum quod per hoc nomen significatur non est ad aliquid, quia “Sor” et “Plato” sunt nomina substantiarum, et substantia unde substantia non dicitur ad aliquid.

Sed obviabit quod haec substantia non est per se ad aliquid quia non inquantum substantia sed inquantum tali inclinationi est annexa; erit igitur ad aliquid per accidens. Et cum omne per accidens habeat reduci ad per

**1** re ] rebus *O* **1** sed ] de re *add. O* **1** alterius ] al bonus terius *ut v. O* **4** si igitur aliquid sit ] si igitur aliquid substantia(?) sit *O* : significatur aliquid sic *C* **4** pater ] pars *C* **6** arguo sic ] *inv. O* **7** praedicatur ] hic *add. O* **7** hic est ] *inv. O* **7** hoc ] et hoc *O* **8** hic ] *om. C* **9** hoc ] haec *C* **10** est[1] ] *om. C* **13** nomen ] pater *add. O* **13** significatur ] significativa *O* **16** intelligit ] intellexit *O* **16** est ] ergo *add. O* **17** est ] et *O* **18** substantia ] *om. O* **21–22** nomen ] pater si pater *a.c.* *add. O*

se quaeritur: Quid est in hoc nomine “pater” quod per se est ad aliquid? Et cum ipsa substantia non sit, videtur quod ipsa inclinatio cum non sit in ipso nisi duo. Ergo erit ipsa inclinatio ad aliquid. Ergo ut prius, erit ad aliquid hic genus, quia per se praedicatur de rebus huius generis, aut ipsa inclinatio nec per se nec per accidens erit ad aliquid nec est relatio. Quid igitur est per se ad aliquid?

Dico quod relatio substantiae per accidens dicitur ad aliquid, substantia vero sub inclinatione per se est ad aliquid. Et bene considera qualiter haec inclinatio non possit esse ad aliquid, quia haec praepositio “ad” significat inclinationem actus ad substantiam, et hoc quod est “aliquid” dicit terminum illius. Et cum omnis inclinatio exigat duo extrema, quodcumque sit illud quod est ad aliquid, ipsum dicet terminum a quo est ipsa inclinatio ex quo praepositio denotat inclinationem et accusativus casus sequens terminum ad quem est illa inclinatio. Si igitur inclinatio esset ad aliquid, inclinatio esset principium inclinationis, et consimiliter esset de illa secunda inclinatione sicut de prima; esset igitur sic procedere in infinitum, et inclinationis esset inclinatio. Et haec bene considera, quia videbuntur esse falsa nisi bene considerentur et specialiter quia ab omnibus fere repudiantur.

Item. Quaeritur cuius cognitionem habent relativa, et secundum Aristotelem videtur quod utrumque debeat cognosci per reliquum.

Sed hoc non videtur. Si enim omnis cognitio per priora est et notiora, utrumque esset prius et notius se ipso quod est impossibile; et cum omnis cognitio sit per principia, utrumque esset principium sui ipsius et esset idem principium et principiatum.

**3** ergo erit ] erit igitur *O* **4** hic ] hoc *CO* **4** quia ] quod *O* **5** per se ] ac *add. a.c. O* **6** est per se ] per se est *O* **8** per se ] non *add. C* **9** haec[1] ] ista *O* **10** aliquid ] ad aliquid *C* **13** praepositio ] propositio *C* **14** terminum ] illum terminum *O* **14** illa ] ipsa *O* **14–15** si…esset ] *om. C* **16** esset igitur ] *inv. O* **16** sic ] *om. O* **17** haec ] hoc *CO* **18** falsa ] falsum *C* **18–19** ab omnibus fere ] fere ab omnibus *O* **21** reliquum ] relativum *O* **22** hoc ] *om. C* **24** utrumque ] principium *add. C* **24** esset[2] ] erit *C*

Quamplures sunt hic quaestiones difficiles, ut illa quae quaerit quae sunt species et differentiae in hoc praedicamento; et illa quae quaerit qualiter habent definiri relativa; et utrum possibile sit relativa venire in divisionem generis eiusdem vel non; et cum non solum dicat quod relativa sunt quorum esse est ad aliquid se habere sed addit “quodammodo” quaeritur igitur quis sit modus secundum quem relativa se debent habere ad invicem; et utrum omnis inclinatio unius ad alterum sit relatio quae sit de hoc praedicamento, verbi gratia habitudo quae est materiae primae ad formam secundam, de qua | dicit Aristoteles in *Physicis* | quod materia appetit formam sicut turpe bonum et mulier masculum — estne igitur haec habitudo de hoc genere? Quod si sic, cum habitudo principiorum praecedat eorum compositionem, relatio eorum erit prior quam substantia composita, et cum nomen cuiuslibet generis sit nomen aggregati, relatio praecedet genus generalissimum de praedicamento substantiae immo potius praecedet omne genus; igitur praecedet se. Et cum in Primo sint multae relationes, qualiter erit de his? (Et de hoc sunt multae quaestiones, de quibus taceamus.) Et utrum accidens sit sola habitudo vel inclinatio substantiae vel aliquid inclinatum ad substantiam. Et si hoc, ipsa inclinatio quae est accidentis ad substantiam eritne in hoc genere vel non? Et si sic, quaeritur qualiter quia in unoquoque genere est unum primum principium quod est mensura omnium eorum quae sunt in illo genere sicut habetur in decimo. Quaeritur quae sit prima relatio et ubi, et hoc viso videtur quod est

*C* 15vb *O* 21vb

**9** Arist. *Phys.* I.9.192a20–23. Cf. Anon. *Auct. Arist.* 2.32 ed. Hamesse 142) **21–22** Arist. *Metaph.* X.1.1052b18–32. Cf. Anon. *Auct. Arist.* 1.239 ed. Hamesse 135)

**1** illa ] scilicet *add. O* **3** et utrum ] utrum scilicet *O* **3** possibile sit ] *inv. O* **3** relativa[2] ] *om. O* **3–4** divisionem ] divisione *CO* **4** generis eiusdem ] *inv. O* **6** igitur ] *om. O* **6** quis ] quid *CO* **6** debent ] debeant *O* **6–7** ad invicem ] ad veritatem *C* **8** hoc praedicamento ] *inv. O* **8** primae ] primo *O* **10** mulier ] feminam *O ut v.* **10** igitur haec ] *om. C* **11** praecedat ] praecedit *O* **13** aggregati ] aggregatum *C* **13–14** praecedet ] praecedit *O* **15** praecedet[1] ] praecedit *O* **15** primo ] prima *C* **16** sunt multae ] *inv. O* **17** taceamus ] doceamus *C* **20** principium ] nummum *C ut v.* **22** sit ] est *O* **22** quod ] quid *O*

praecisum subiectum huius passionis quae est relatio de quo immediate demonstari poterit, et tunc quaeritur qualiter demonstrari habet. Et licet quaedam eorum praesentis speculationis sint necessaria, ad praesens de his plus dicere pratermitto tum quia deficio tum quia [de eis] alias in eis Deo dante laborabo tum quia prolixitas taedium ingereret imbecillibus, pro quibus onus tantum assumere fatuum esse existimo.

## <APPENDIX: LECTIONIS XI EXCERPTA>

| … Et sequitur pars in qua removet quandam dubitationem incidentem, et est quia in capitulo de relatione dicebatur quod habitus et dispositio sunt ad aliquid, in capitulo de qualitate dicebat ipsa esse de prima specie qualitatis; hoc videtur male et contra hanc regulam: "Diversorum generum etc." Sic movet dubitationem. Et hoc est: *At vero non decet* 8.11a20). *C* 17ra; *O* 23va

Solvit eam dicens quod in omnibus his genera sunt ad aliquid, species autem qualitates; scientia enim dicitur alicuius scientia et grammatica non dicitur alicuius grammatica sed scientia alicuius. Et hoc est: *Paene autem ea quae sunt* (8.11a23). Et dicitur quod ponit aliam conclusionem cum dicit: *Amplius si contingit* 8.11a37), et est quod si ista sunt in his vel de his duobus generibus, non est inconveniens enumerare ea inter utraque. Ecce prima solutio videtur supponere impossibile et etiam non esse ad propositum; antecedente supposito secunda esset ad propositum, sed antecedens eius est impossibile quod concluditur in dubitatione. …

| … Solutio Aristotelis videtur vituperanda esse. Dicit enim quod scientia est ad aliquid. Sed hoc videtur impossibile quia in quocumque praedicamento est genus, est species; et ad hoc facit regula Aristotelis: *Quando* *C* 17rb; *O* 23vb

**11** Arist. *Cat.* 7.6b2–6 **11–12** Arist. *Cat.* 8.8b26–27 **12–13** Arist. *Cat.* 3.1b17

**2** tunc quaeritur ] non quare *C* **3–4** de his plus dicere ] plus dicere de his *O* **4** de eis ] de *C* **5** taedium ] *post* ingereret *O* **5** ingereret ] *lectio incerta O* : *quid habeat C legere nequeo* **5** imbecillibus ] becillibus *C* **10–11** quod…dicebat ] *om. C* **11** de$^{2}$ ] in *O* **14** solvit ] et solvit *O* **14** species ] genera *O* **18** in ] de *O* **18** de ] in *O* **21** antecedente ] ab$^{te}$ *C* **21–22** antecedens eius ] immo *O* **23** vituperanda esse ] *inv. O* **25** genus ] in eodem *add. O*

*alterum de altero* (3.1b10). Et etiam, posito quod hoc esset possibile, adhuc sequeretur inconveniens prius oppositum. Et sic solutio Aristotelis non solvit propositum. Opponens enim non curat de grammatica vel de musica, sed dicet sic: Quod significatur per hoc nomen “scientia” est ad aliquid; sed quod significatur per hoc nomen est qualitas; ergo qualitas est ad aliquid; ergo adhuc sequitur idem quod prius, scilicet quod idem erit sub diversis generibus.

Forte dices quod illud quod significatur per hoc nomen “scientia” est ad aliquid per se sed qualitas per accidens et non per se id est per naturam suarum specierum, et ad hoc induces litteram Aristotelis, quae dicit quod nos dicimur quales secundum scientias speciales; non enim dicimur scientes eo quod habeamus scientiam universalem, sed quia habemus scientias particulares. Et hoc est: *Dicimur enim quales secundum singularia*; *haec enim et habemus scientes enim dicimur quod habemus singulas scientias* (8.11a32). Non igitur est inconveniens scientiam esse ad aliquid per se per accidens vero qualitatem.

Sed quid? Hoc nonne nomen speciei claudit in se significatum nominis generis? Si sic est, ergo per hoc nomen “grammatica” | *C* 17va significatur illud idem quod significatur per hoc nomen “scientia” cum quadam †actualitate†. Ergo si haec per se “Grammatica est qualitas,” haec erit per se “Scientia est qualitas,” et per prius convenit hoc nomen “qualitas” scientiae quam grammaticae.

Et etiam, si scientia est secundum accidens qualitas eo quod nos dicimur quales in habendo scientias singulas, simile esset color qualitas secundum accidens; nos enim dicimur quales eo quod habemus singulares colores.

**1** possibile ] impossibile *O* **5–6** sed…aliquid ] *om. C* **9** qualitas ] quantitas *C* **10** induces ] inducet *C* **10** quae ] qui *O* **11** nos ] non *C* **12** eo quod ] quia *O* **13–14** haec…habemus ] haec enim et habemus scientes quod habemus *C* : non enim dicimur scientes quia habeamus *O* **15** igitur est ] *inv. O* **16** qualitatem ] quam est *C* **17–18** nominis ] *om. O* **18** significatur ] significatum *C ut v.* **20** per se grammatica ] grammatica per se *O* **24–25** in habendo…quales ] *om. C* **25** singulares ] singulas *O*

Solvitne igitur Aristoteles per primam solutionem? Non, ut videtur nec per secundam, quia dicit: *si contingit hoc ipsum esse* etc. 8.11a37), et opponens dicit quod non contingit.

Aut forte hoc nomen "scientia," sicut et omne relativum, aggregat in se duo quorum unum est res et alterum est respectus vel inclinatio | illius rei O 24ra significatae per hoc nomen "scientia." Qualitas sine dubio est scientia, ipsa vero inclinatio est de genere relationis. Et quia ista relatio est in hac qualitate ipsa qualitas denominatur a tali relatione; et haec denominatio significatur cum dicitur "Scientia est ad aliquid" vel "Scientia est relativum." Denominative igitur praedicatur res praedicamenti relationis de scientia, et ex hoc non sequitur quod scientia sit de genere relationis. Immo potius sequitur oppositum, scilicet quod non sit, quia nihil praedicatur denominative de rebus sui generis. Non ergo est scientia de genere relationis licet sit relativa, sicut non est substantia de genere qualitatis licet sit qualis vel quantitatis licet sit quanta. Erit ergo scientia solum in genere qualitatis, et sic non erit idem in diversis generibus. Et si hoc, soluta est oppositio.

Sed numquid solvit sic Aristoteles? Videtur quod non. Et si sic, reducitur solutio sua ad hanc?

Hoc iam non est difficile. Si enim quicquid significatur per hoc nomen "scientia" significatur per hoc nomen "grammatica," in quocumque genere erit grammatica, et scientia, et non in alio; sed grammatica solum est in genere qualitatis; ergo et scientia. Non ergo idem in diversis generibus. Non est ergo solutio alia quam ponit Aristoteles cum dicit: *Amplius si contingit* etc. 8.11a37) Sed ex antecedente posito sub conditione infert quod intendit, et suum antecedens ostendit in parte praecedenti, scilicet

**1** solutionem ] aristoteles *add. sed exp. O* **2** esse ] *om. O* **3** opponens ] apponens *O* **6** significatae ] significatum *C* : significatur *O* **6** est scientia ] et qualitas *C* **10** praedicamenti ] praedicati *O* **12** sit ] sic *O* **14** non est substantia ] substantia non est *O* **14–15** qualitatis...quanta ] qualitatis vel quantitatis licet sit qualis vel quanta *O* **17** numquid ] numquam *C* **17** solvit sic ] *inv. O* **17–18** reducitur ] rediit *C* : reducit *O* **18** solutio sua ] solutionem suam *CO* **19** quicquid ] rei *add. C* **21** et[1] ] in eodem genere erit *O* **23** solutio alia ] *inv. O* **24** contingit etc ] contingenter *O*

quod contingit unum et idem esse qualitatem et relativum, non autem unum et idem contingit esse qualitatem et relationem.

Sed ex quo grammatica habet eandem relationem ad suum scibile quam habet scientia simpliciter ad scibile simpliciter quare non potest adeo bene grammatica dici ad aliquid per inclinationem quam habet ad suum scibile sicut dicitur scientia ad aliquid per inclinationem quam habet ad scibile simpliciter?

Et hoc est quia per hoc nomen "scientia" significatur ista res et ista inclinatio et ideo scientia dicitur ad aliquid. Res vero significata per hoc nomen "grammatica" in veritate habet inclinationem, sed illa inclinatio in veritate non significatur per illud nomen, et ideo non dicitur ad aliquid grammatica. Sed si tu imponeres nomen quod significaret huiusmodi speciem simul cum hac inclinatione illud nomen diceretur ad aliquid; ita bene diceretur ad aliquid sicut hoc nomen "scientia." Subtiliter ergo inspexit Aristoteles. Omnia quae dicta sunt hic, a principio usque ad huc, deminute dicuntur vel fere et ideo quaere ea alibi plenius. De sex principiis residuis dubita super *Librum sex principiorum.*)

Et in veritate multum gravat nos suus modus loquendi, intelligendo Aristotelem. Aliquando enim valde proprie loquitur et aliquando confundit nomina; sumit enim aliquando qualitatem pro quali, cum dicit: *Suscipit autem qualitas magis et minus* 8.10b26), aliquando autem quale pro qualitate cum dicit: *Amplius si contingit hoc ipsum quale* etc. 8.11a37), et in multis aliis locis. Et praecipue gravat nos confusio horum nominum "ad aliquid" "relativum" "relatio." Et horum differentiam quaere in capitulo de relatione et praecipue quaere differentiam inter hoc nomen "relativum"

**1** relativum ] relationem *O* **2** qualitatem et relationem ] relationem et qualitatem *O* **4–5** non…dici ] adeo bene dicitur grammatica *O* **5** inclinationem ] relationem *O* **9** ideo ] ista *add. C* **10** illa ] *om. O* **11** significatur ] significat *O* **12** grammatica ] *post* ideo *O* **12** nomen ] *om. O* **13** simul cum ] sub *O* **13** diceretur ] dicetur *O* **13–15** ita…aristoteles ] *om. O* **15–16** ad huc deminute ] *fenestram habet O* **17** super ] *om. C* **19** et aliquando ] aliquando autem *O* **20** sumit ] sunt *a.c. C* **20** cum dicit ] *fenestram habet O* **22** et ] *om. O* **23** ad ] *om. C* **24** relativum relatio ] *inv. O* **24** quaere ] *om. C* **25** hoc ] *om. C*

et hanc circumlocutionem "ad aliquid." Videntur enim esse eadem cum convertantur tam in praedicando quam in consequendo. Quaerenda igitur est eorum differentia, quia eorum quae maxime conveniunt debemus quaerere differentiam; et in veritate non significant penitus idem.

**1** et ] inter *add. C* **2** praedicando ] essendo *O* **2–3** igitur est ] *inv. O*